Swichowski Pilwieckie Cedit.

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castren: Capitan: Premyslien: Gnosus Martianus Swichowski Sanus mente et corpore existens a Terris Patriis Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrenti Capitanali Premysliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilium Helizabeth Nobilis Joannis Strzalkowski Zophiae ad praesens sui Recognoscentis Consortium Filiarum vero olim Nobilis Alberti Boguski cum Gnosa Cristina Mussynowiczowna procreatarum olim vero Nobilis Adami Boguski sterilitate defuncti Sororum germanarum et Successricum legitimarum proquarum ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit Nominibus de omni et integro Jure suo infrascripto primum et originaliter per Nobilem olim Stanislaum Pielwiecki Nobili Gasparo Zukowski coram Actis Castrensibus Zydaczowiensibus et per Transportationem Terrestribus Premisliensibus modo obligatorio super duos Subditos Laboriosos Andreae Kliniuszowianow et Petrum Kurecska in medijs quartis Agri in Villa Wola Dolholuka dictus proventis residentes in summa Centum Quinquaginta florenorum polonicorum inscripto post modum per Nobilem olim Nicolaum olim Nobilis Gaspari Zukowski filium Actis Castrensibus Lublinensibus Generosis Adamo et Alberto Boguskiem cesso post sterilem vero decessum eorundem Boguskich in easdem Sorores iure divino et naturali Successioni devoluto et per easdem Actricis legitimo processu ad punctum Banitionis super Nobilem Joannem et Dorotheam Filium et filiam olim Nobilis Venceslai Pielwiecki Ut Successores legitimos perducto et contingente

Gnusprhonoray[?]

966

Inscriptionibus ac Processu eiusdem Causae de promissis lationibus Cessionibus et singulis Inscriptionum praedictarum originalibus et subsequentibus processibus praesentisque iuris cessi Conditionibus punctis clausulis articulis vinculis ligaminibus ac nexibus quibus omnibus subditorum quoque et bonorum ac summis suprascriptis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis Commodis obventionibus attinentiis et pertinentiis in Universum omnibus Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae ac praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat quomodolibet concernebant ac eidem serviebant tam ex nunc et de facto praefato Nobili Joanni Pielwicki olim Nobilis Venceslai Pielwicki et ipsius posteris (Causa percepta pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) per manus Generosi Petri Pauli Mniszek Notarii Terrestris Premisliensis ut tutoris eiusdem Pielwicki Summa scilicet Ducentorum florenorum polonicalium cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus Omne et integrum ius suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Joannis Pielwicki Cessionarii sui et ipsius posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat per praesentes. In quod quidem ius praesens cessum Summam ac bona suprascripta summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem cessa idem Recognoscens praefato Cessionario suo et ipsius posteris tam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem dominiumque et actualem pacificamque possessionem per illum quaevis competentem et Nobiles dominos die quacunque voluerit offerre demptoribus Per ipsum Cessionarium suum et ipsius Successores haeredes praesens ius cessum Summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia

omnia praesentibus transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufru-
ctibus competentiis et spectantiis quovis tenendi habendi et possidendi
illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successo-
rum quorumvis beneplacitos usus fruendi libere et effectualiter con-
vertendi prout fatis Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis
praesentiis cessi et transfusi vigore debetis et tenebitur memoratus
Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et haben-
dis inscribit et obligat praesentibus ipsum et successores eius in dicto
iure cessi summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisque
omnibus praedictis competentiis et ratione eorundem omnium praeden.
et successorum ab omni et quavis impetitione inde ici quemunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus minime excitanda
ex re persona et occasione sui Regentis tam eiusdem Nobilis Heli-
zabethis Strzalkowska quam et Zophiis Consortis sua legitima
et successorum ipsarum tantummodo et non ultra exorienda
in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit
tueri defendere eximere intercedere et eliberare indemnemque
conservare Nec non horedem ius praesens cessum summam
cum posteris redderere. Hec non horedem ius praesens cessum summam
ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus cessa ab eis ab
in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super horedem
ius praesens cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque
omnia per praesentes abcessa cuiusvis personarum modo quovisque eidem ex
re persona et occasione sui Recognoscentis tam eiusdem Nobilis Heli-
zabethis Strzalkowska quam et Zophiis Consortis sua legitima et suc-
cessorum ipsarum tantummodo et non ultra factis et faciendis Tum
etiam a quibusvis citationibus super eadem praemissa omnia praesentibus
cessa emportatis et emportandis Lucris deniique et perlucris Processibusque
Iuris quibusvis in quovisque puncto et gradu iuris dependentibus et in
quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super prae-
missis omnibus praesentibus transfusis ex re eadem persona et occa-
sione sui Recognoscentis tam eiusdem Nobilis Helizabethis Strzalko-
wska

wska quam et Zophiae Consortis suae legitimae et successorum ipsarum tan-
tum modo et non ultra pertinentis et pertinendis emundare et liberare
rundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatae
corum officio praesenti admissam in fundo bonorum praesentibus conde-
scensorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non
denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter
admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum
praemissorum omnium praesentibus abcessorum quovis modo tam per
se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non
impedire nec adimere. Ipsumque Cessionarium suum et ipsius Successo-
res in praemissis omnibus praesentibus transfusis nullo modo iniuriari ita
ut hoc idem eius praesens Cessam Summam ac bona supradicta Summa
onerata praemissaque omnia praesentibus cessa cum universis eorum utili-
tatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis eidem Ces-
sionarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptio-
nis Cessionariis vigore tenere habere et possidere queat illisque et frui
possit. Idque sub Vadio Ducentorum florenorum polonicalium per eundem
Recognoscentem sive ipsius posteros memorato Cessionario suo aut illius
Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Nihilominus debebit et tenebitur idem Generosus Martianus
Swiechowski prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter
omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis praedictos
Nobili Joanni Pielwiecki Cessionario suo et eius posteris inscribit et obli-
gat praesentibus. tam ipsius futuram Zophiam Consortem suam quamque dictam
Helizabetham de Strzalkowska cum assistentia sui Recognoscentis et eandem
Nobilis Strzalkowski Mariti ipsius assistentia vel in eventu mortis Successores
ipsarum ad approbandam per ipsas Inscriptionem praesentem Cessionariam
vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Rei-
publicae perpetua intra decursum Duodecem septimanarum adducere et per-
sonaliter statuere ab eisque vel eorum Successoribus ut praemissa exequar-
tur efficere Idque sub alio seorsivo Vadio Ducentorum florenor. poloñ.

per eundem

Recognoscentem Generosum Martianum Swiechowski vel ipsius Successores
praenominato Nobili Joanni Pielwiecki aut eius posteris ob non
statuitionem praedictarum Consortium vel ipsius Successorum pro tempo-
re et loco superius expressis ad soluendum succumbendo In defe-
ctu vero statuitionis idem Recognoscens Generosus Martianus Swiecho-
wski debebit et tenebitur prout se ac suos Successores in et super bo-
nis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habi-
tis et habendis inscribit et obligat praesentibus supra scriptum No-
bilem Joannem Pielwiecki Cessionarium suum et ipsius posteros
quasque praeter cessum praemissaque omnia praesentibus ab eisdem ab omni et qua-
uis Impetitione iuridica quarumuisque personarum cuiuscunque Conditi-
onis status et sexus existentium eidem ex re praesenti et occasi-
one praefatarum Consortium statuendarum et ipsarum Successorum tan-
tummodo et non aliter exorienda in omni Judicio et officio Regni sem-
per toties quoties opus fuerit tueri defendere intercedere euincere et
atque sub alio simili seorsiuo Vadio Ducentorum florenorum polonicalium
per eundem Recognoscentem suique ipsius Successores praenominato Cessionario
suo vel eius posteris in casu Contrauentionis supra scriptae submis-
sionis suae modo praemisso ad soluendum succumbendo Pro quibus
quidem Vadio vel Vadijs modo praemisso ad soluendum succumbendis
ac realiter in principali ex praemissis non completa complendis Citatus
existens memoratus Recognoscens Generosus Martianus Swiechowski
sueque eius Successores ad instantiam praenominati Nobilis Joannis
Pielwiecki Cessionarij sui aut ipsius posterorum Ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu supra scripto prout ad
vindicandum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere respondere Vadia praetacta luere Inscri-
ptionem praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebi-
tur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
Illum terminum primum peremptorium vti et alios omnes exinde con-
sequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera[?] ...
nitate pro maiori pernorennitate Successorum Legatione intra ...
Item et liberare indemnemque cum posteris reddere   extra regnum

extra regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alys pu
busuj delationibus et legalibus impedimentis non differendo ad qui
tationem quaterca ultra proximos officij praefati Castren Premy
slien terminos dilationem sibi non recipiendo Nullius Motiones
appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia pe
nes simpliciter vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys iuris
praescriptione Terrestri bello Conventione ac alys omnibus iuris re
medys et defensis non subterfugiendo neque ullis alio modo evadendo
Hac praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Vstrzycki Grocholski Quietat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Capi-
talibus Premyslien Gnosus Alexander Vstrzycki sanus mente et
corpore carens a terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis propriis
et competentibus recedendo Foro vero Castrensi Capitali
Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus
ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque sub-
iiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Gnosum Alexandrum Grocholski eiusque posteros de causa et actione
officiana infrascripta per se Recognoscentem suprascripto Gnoso Gro-
cholski in vim iniusti thelonei Boum duorum varii coloris cum curru
et rebus videlicet Przedze na pulsetkow dwa Lnianey z kono-
pney dwa kłodę żyta pułmiarków cztery et paratae pecuniae flo-
renos decem cum płótna pulsetek konopnego [illegible] de Villa
Bereżki praefati Recognoscentis propriarum pro Nundinis forensi-
bus alias na Targ ad oppidum Lisko partim pro venditione [illegible]
tione earundem rerum partim pro conservatione earundem ob
continua pericula et grassationes invasiones [illegible] hominum Nobilium prae-
dorum in via libera publica per villam Mchowice tenden feria
secunda post Dominicam Misericordiae proxime praeteritam vectarum
et [illegible] in vim cuiusdam iniusti et iniustati thelonei receptionis
et extorsionis ad officium Castren Premyslien instituti et inchoati
Necnon de quibusuis Lucris et perlucris ac toto processu causae eiusdem

Citationibusque